

Spiritus sanctus r  
cum fonte primo

Spiritus sanctus multiplex dicitur quia  
multipliciter filiis inspiratur.

Conceditur enim ad usum,  
ad miraculum, ad salutem, ad auxilium,  
ad solacium, ad feruorem.  
Ad usum uite bonis et malis

communia bona habundantissime  
tribuens;

ad miraculum in signis et prodigiis;

ad salutem cum in toto  
corde reuertimur ad Dominum  
Deum;

ad auxilium cum in omni  
colluctatione adiuuat infirmitatem  
nostram; ad solacium cum testimonium  
perhibet spiritui nostro quod filii Dei  
sumus;

ad feruorem cum in cordibus  
perfectorum uehementius spirans  
ualidum ignem caritatis accendit ut non  
solum in spe filiorum Dei, sed eciam in  
tribulationibus gloriantur, contumeliam  
gloriam reputantes.

Bernardus ibidem (in sermone).

Vere multiplex Spiritus, qui tam  
multipliciter filiis hominum inspiratur,  
ut non sit qui se abscondat a calore eius.

Si quidem  
conceditur eis ad usum,  
ad miraculum, ad salutem, ad auxilium,  
ad solatium, ad feruorem.

Ad usum quidem vitae, bonis et malis,  
dignis pariter et indignis  
communia bona abundantissime  
tribuens,

ita ut videatur hic discretionis limitem  
non tenere. Ingratus est qui in his quoque  
beneficium Spiritus non agnoscit.

Ad miraculum, in signis, prodigiis,  
in variis virtutibus, quas per quorumlibet  
manus operetur. Ipse est antiqua  
miracula suscitans, ut ex praesentibus  
fidem astruat praeteritorum. Sed quia  
nonnullis hanc quoque gratiam sine  
propria utilitate largitur, tertio infunditur  
ad salutem, cum in toto  
corde nostro reuertimur ad Dominum  
Deum

nostrum. Porro  
ad auxilium datur, cum in omni  
colluctatione adiuuat infirmitatem  
nostram. Nam cum testimonium  
perhibet spiritui nostro, quod filii Dei  
sumus,

ea inspiratio est ad consolationem. Datur  
etiam  
ad feruorem, cum in cordibus  
perfectorum uehementius spirans,  
ualidum ignem caritatis accendit, ut non  
solum in spe filiorum Dei, sed etiam in  
tribulationibus gloriantur, contumeliam  
gloriam reputantes,

opprobrium gaudium, despectionem  
exaltationem.

Bernardus Claraeuallensis, *Sermones in  
die Pentecostes*, 3, 8 (SBO 5, J.  
Leclercq, C.H. Talbot, H.M. Rochais  
eds., pp.175-6, ll.17-28, 1-4).